



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Brevis Et Vtilis Commentarijs In Priorem Epistolam Pauli
ad Corinthios, & in aliquot capita secundæ**

Melanchthon, Philipp

Vitebergæ, 1561

VD16 M 2618

Omnia autem decenter & ordine fiant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36296

mala secura sint, & doleamus, semper in Ecclesia, etiam cum tempora sunt feliciora, tamen multum imbecillitatis esse, & filium Dei oremus, ut publicis & priuatissimis morbis medeatur, & reliquias suæ Ecclesie seruet.

Omnia autem decenter & ordine fiant.

In fine regulam generalem addit: *Omnia decore & ordine fiant, id est, congruant omnes actiones ad legem Dei, & ad naturale iudicium, ut sint congressus honesti, & augeant reuerentiam religiosis. Hic disputatur de ritibus in Ecclesia, de ordine dierum & lectionum, & de alijs exercitijs, an sint cultus, an sint res necessariae, an uero ordinis causa tantum sine laqueis conscientiae obseruandæ. Hanc disputationem, cum alibi satis explicata sit omitto.*

CAPVT XV.

In hoc capite longa & perspicua confirmation extat articuli de resurrectione mortuorum, ac inseritur doctrina de alijs quibusdam locis grauissimis. Primum autem

R hic